

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 3580

**Auteur(s)** : Louis IX, France (roi)

**Bénéficiaire(s)** : Vernon (hôtel-Dieu)

**Genre d'acte** : charte

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1259, février

**Lieu d'émission** : Paris

**Action juridique** : donation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Louis [IX], roi de France, donne à l'hôtel-Dieu de Vernon toute sa terre de L'Epiney avec toutes ses dépendances, 20 muids de vin blanc et 60 muids de vin rouge dans la prévôté de Vernon et 140 livres parisis de la même prévôté.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Delisle Léopold, *Cartulaire normand de Philippe-Auguste, Louis VIII, Saint-Louis et Philippe le Hardi*, Caen, Hardel (MSAN ; 16, 2e série, 6, p. 160-390), 1852, n° 609, p. 115.

Texte établi d'après a

In nomine sancte et individue Trinitatis, amen. Ludovicus, Dei gratia, Francorum rex. Notum facimus universis tam presentibus quam futuris, quod nos, divini amoris intuitu, et pro salute anime nostre, necnon et pro remedio animarum inclite recordationis genitoris nostri Ludovici regis, et genitricis nostre Blanche regine, et aliorum antecessorum nostrorum, Domum Dei Vernonis, quam de novo edificare fecimus, ad necessitatem egenorum et pauperum confluentium ad eandem et personarum ibidem Deo et pauperibus ipsis famulantium, constructis edificiis et mansionibus opportunis, ut ibidem Xpisto Domino et suis membris honorabilibus serviatur ad sustentationem personarum et pauperum predictorum, in puram et perpetuam elemosinam dedimus et concessimus eisdem totam terram nostram de Spineto prope Guallardon, cum manerio et pertinentiis omnibus, tam in terra arabili, censibus, redditibus bladi, denariorum et caponum, quam in aliis quibuscunque pertinentibus ad manerium et terram predictam, retento nobis placito ensis et eis que ad placitum ensis pertinere noscuntur. Insuper viginti modios vini albi et sexaginta modios vini rubei in prepositura nostra de Vernone tempore vendemiarum percipiendos, et centum XL libras parisiensium in eadem prepositura ad tres terminos compotorum nostrorum annuatim solvendas, volentes et precipientes, ut quicumque pro tempore preposituram nostram tenuerint Vernone, vinum et pecuniam predictam persolvant, sicut predictum est, absque mora seu difficultate vel diminutione qualibet domui supradicte. Quod ut perpetue stabilitatis robur obtineat, presentem paginam sigilli nostri auctoritate et regii nominis caractere inferius annotato fecimus communiri. Actum Parisius anno incarnationis dominice M° CC° LVIII°, mense februario.